




[Faint, illegible handwritten text]







1.
1.
1.
2
10
1.
2.
3.
4.
5
6



1679.

1. Scheffer, Georgius : De errore calculi. et l. unum.
P. de errore calculi.

1680.

1. Hertius, Johann Nicolaus : De commentu lile-
rum.
2 arum.
- 2 Meyer, Johannes Conradus : De jure circa cedaveru
pumontum ad l. 24 l. XLIX. Ny.

1681.

1. Diezias, Johann Moricus : De nucce moschata
2. Gerling, Johann Georgius : De unione prulium.
- 3^{art} Hertius, Joh. Nicolaus : De fundo nobili.
2 Suentl.
4. Pherus, Jo. Wilhelmus : De fundo imperai
5. Mollenbecius, Bernardus Ludovicus : De anti'dorati
donatione
6. Nitzschius, Fridoricus : De publicae utilitatis
prerogativis

1682.

1. Melchior, Johann Philippus: De concurrentibus juribus -
dictionibus. 3
2. Mollenbecius, Bernardus Ludovicus: Ex jure collecta
paradoxa. 4
5.
3. Mollenbecius, Bernardus Ludovicus: De genus principis
et veteri per hunc jurandi more occasione l. 13. 6.
§ fin. ff. de iur. jur.
4. Mollenbecius, Bernardus Ludovicus: De Augusta, Ro.
manorum impetratrice.
5. Nitzschius, Friedrichus: De curatore bonorum absentis
sive sui beneficio l. 3. C. de postlim. Revers.

1683.

1. Hart, Johann Melchior: De cautelis contractuum
2. Lucius, Johann Melchior: De damnis farnae declinandis
et reparandis.

1683

3. Rosenbrach Wtho : De conclusione caesae .
4. Scharf, David Immanuel : De jure pseudorum .
5. Thielen, Nicolaus : De ultimarum voluntatum
inductionibus .
6. Thielen, Nicolaus : De personarum miserabilium
foro competenti .

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]



DISSERTATIO INAUGURALIS
^{DE}
CONCLUSIONE

CAUSÆ, 1683; 3

QUAM

DUCE ET PRÆSIDE DEO,

EX

DECRETO ET AUTORITATE

MAGNIFICI, NOBILISSIMI ET EXCELLENTISSIMI

JCTORUM ORDINIS

IN ILLUSTRIS HAC ACADEMIA

LUDOVICIANA,

PRO

LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES, PRIVI-

LEGIA AC IMMUNITATES

DOCTORALES

RITE OBTINENDI,

PUBLICO AC SOLENNI MAGNIFIC. ET EXCELLEN-

TISSIMORVM DOMINORVM

PROFESSORUM

EXAMINI

IN AUGUSTO JCTORUM COLLEGIO

AD D. OCTOB. ANNO M. DC. LXXXIII.

SUBJICIT

OTTO ROSENBRUCH.

BRUNSVICENSIS.

GIESSÆ HASSORUM,
Literis Academicis KARGERIANIS.

740
18



77

DISSERTATIO IN ALCURALS
DE
CONCLUSIONE

C A U S A
CUM

Duo Et Iraside Deo

EX
DICTO ET AUCTORITATE

POTESTATEM ORIGINIS

IN FELUSTRI HAC ACADEMIA
LUDOVIGIANA

LICENTIA

PRIMO IN THEOLOGIA

LEGIS AC JURISPRUDENTIAE


ARTIS ET SCIENTIAE

PRIMO IN THEOLOGIA

ARTIS ET SCIENTIAE

PRIMO IN THEOLOGIA

ARTIS ET SCIENTIAE



I. N. D. N. I. C.

§. I.



Um hætenus deliberarem, quod the-
ma conclusioni studiorum, adeoque
Inaugurali Disputationi conveniens,
proponendum & elaborandum in-
presentiarum sumerem, obtulit sese
practica hæc de causæ Conclusionem
materia. Cum enim hac in Illustri

Academia theoreticis jamtum operam dederim, amant
nunc alterna Camœnæ: cumque animum induxerim
meum, ulterius practicis etiam vacare, hæc materia meo
proposito non inutiliter inservire potest: præprimis si
addere licet Arii Pinelli de praxi & theoria judicium,
ad L. 2. C. de rescind. vendit. part. 2. c. 4. n. 2. Qui scil. post
longam legendi professionem, postque diligentissimam
foro navatam operam in ea fuit sententia, quod theoria
sine praxi digestam solidamque juris cognitionem præ-
stare nequeat: Praxisque absque theoria maxime pericu-
losa, & manca evadat. Ideoque omissa Etymologia,
homonymia, Synonymia vocis conclusionis & causæ,
tanquam per se satis notæ, rem ipsam aggrediens tractan-
dam, deque ea pro modulo ingenii ex practicorum do-
ctrina secundum legem officii aliquid conscribens, Dei
assistentiam assiduis imploro precibus,

A 2

§. II.

145

§ 4
§. II.

Descri-
ptio.

Primum describo causæ conclusionem, quod sit actus judicialis, quo causa vel causæ articulus aliquis concluditur, aut pro concluso habetur, ita ut disceptationi partium amplius locus non sit. Gulielm. Rodingi *Pandect. Cameral. lib. 3. tit. 36. pr. add.* Brunne-
man. *Process. civil. cap. 26. n. 1. Cammergerichtes-Ordnung. part. 3. tit. 21. 22. & 23.* Et concludere in iudicio idem est, quod ulteriori disceptationi, sive disputationi renunciare, & causam vel causæ articulum cognitioni iudicis committere; sive ut vulgo loquuntur, submittere, & pro concluso habere. Roding. d. l.

Divisio.

§. III.

Dividitur in tacitam & expressam. Expressa est, actus judicialis, quo simpliciter verbis expressis renunciatur omnibus exceptionibus, & res iudicis cognitioni submittitur, e. g. *ich sehe diese Sache zur Erkändnis; oder ich wil hiermit zur heylsamen Urteil beschloffen haben.* Hac subdividitur in Puram & conditionalem. Pura est, quæ simpliciter & absolute causam concludit. Conditionalis, quæ fit sub certa conditione, protestatione & reservatione. v. c. sub hac conditione; si pars adversa nihil novi; vel nihil facti amplius attigerit: vel si nihil de novo emerferit. German. *ich wil hiermit diese Sache richterslicher Erkändnis submittiret haben; imfal nichts weiter vom Gegentheil vorgenommen / oder sonst nihil facti de novo sich angeben würde.* D. Strauch. *ad Ius Instin. Diff. 26. aph. 1.* Emeric. à Rosbach. *Proc. Iudic. tit. 70. n. 6. add. Gail. lib. 1. Obs. 107. n. 9.* Solet quoque cum clausula reservatoria quidem fieri conclusio, salva nimirum scripturarum productione; sed in iudicio Camerali conclusio cum ejus-
modi



✠ 5 ✠

modi reservatoria nec admittitur, nec attenditur. *Gall. lib. 1. Obs. d. 107. num. 15. & fin.* Quia usque ad conclusionem, postea vero non æque recipiuntur instrumenta, Deinde quia hac cum clausula concludens aperte significat, sibi adhuc esse instrumenta quædam alia: cum tamen post conclusionem, illa tantum, quæ litigator extare plane ignoravit, produci possunt. Denique qui hoc modo concludit, non tam concludere, quam illudere Judicem & adversarium videtur. *Gilhaus. Arbor. Judic. cap. 4. ram. 6. num. 6.* Secus est, si cum clausula oblationis, Si quid facti: utpote qua eruditi Advocati & Procuratores uti consueverunt, & quæ parti concludenti prodest, conclusio facta fuerit. Quia, cum favore hujus clausulæ Judicis officium imploratum censeatur, in Camera conclusiones sæpius rescinduntur, & facti, quod in actis quidem allegatum, sed sufficienter probatum non est, probatio ulterior injungitur. *ex Gall. d. Obs. n. 8. 9. Roding. Pand. Cam. lib. 3. tit. 36. n. 2. in fin. pag 868.* Hæc conditionata vocatur etiam Eventualis, *Eventual Schluß. 11.* Tacita Conclusio fit, cum partes actum faciunt, quo demonstratur, non esse amplius locum productioni probationum: Quod fit; quando partes vel nulla interposita protestatione de jure ulterius deducendo, simpliciter referunt causam ad sententiam. *Petr. Termin. in proc. jur. cap. 49. Menoch. d. l. qu. 35. n. 4. vel priora repetunt, & ex circumstantiis apparet, nil nisi sententiam judicis restare. Umm, Disp. 19. num. 3. & 9. Strauch, ad lus Justin. Diss. 26. aph. 1. vel petunt causam consilio sapientis committi: Quia coram consultore nihil amplius in facto deduci potest. Menoch. de arbitr. Jud. lib. 1. Qu. 35. n. 5.* Sic etiam conclusio in termino præfixo omissa pro facta intelligenda est.

A 3

est.

est. Mevius. *part. 2. Dec. 265. n. 7.* Roding. *Pand. Camer. lib. 3. tit. 36. pag. 870.* cum ergo in plerisque bene constitutis judiciis modus allegationum partibus est statutus, ne triplica, aut quadruplica ulterius recipiatur, hâc illatâ videtur tacite esse conclusum, ex mente Hilliger. *lib. 24. cap. 25. lit. G. prob.* Brunneinan. *Proc. Civil. cap. 26. num. 7.* (2) Dividitur conclusio in Generalem & Particularem. Generalis, fit super tota causa. Particularis, circa actum aliquem iudicii per interlocutoriam sententiam definiendum, Brunneinan. *Process. civil. cap. 26. n. 8.* Roding. *Pand. Cameral. lib. 3. tit. 36.* & hæc alias vocatur submissio. Roding. *d. l. Harprecht. proc. Iudic. Decad. 15. concl. 10.*

Funda-
mentum
& Pro-
gressus.

§. IV.

Quamvis communiter dicitur, de jure communi conclusionem non ita esse de substantia processus, ut ex omissione ejus nullitas colligi possit: sec. Gail. *lib. 1. Obs. 107. num. 1.* Mynsing. *cent. 3. Obs. 17.* Camil. Borell. *T. 2. decis. tit. 26. num. 16.* Marant. *de ordin. jud. part. 6. de conclus. in caus. num. 8.* Mevium. *part. 7. Dec. 31. num. 7. it. part. 1. Dec. 78. gloss. 8.* hoc tamen videtur tantummodo esse intelligendum de conclusione expressa: adeoque secundum jus civile & Can: simpliciter causæ conclusionem necessariam esse. *arg. Nov. 116. c. 2. & Authent. Iubemus. C. de Iudic. Clement. saepe. 5. sententiam vero. ibi: conclusione non facta. de Verborum significat. c. auditis. 8. ibi: fuisset super iisdem processibus hinc inde conclusum. extr. de procurat. c. pastoralis. 5. §. consultationi. ibi. antequam renunciatum sit, aut conclusum. & in fin. ibi: postquam etiam conclusum fuerit. extr. de caus. poss. & propriet. & plures Dd. alleg. apud Harprecht. Process. judic. Dec. 15, concl. 10. lit. A.*
sive

sive fiat à parte tacite vel expresse; sive à lege sive à giudice. Brunne-
 man. *ad L. Indices. §. C. de judic.* nam si pars quæ-
 dam reservaret sibi productionem documenti, quæ ad-
 huc nondum satis dilationum habuerit ad producen-
 dum; & iudex nihilominus vellet sententiam ferre, esset
 præcipitancia & nullitas. Brunne-
 man. *Process. civil. cap. 26. num. 1. Mev. part. 1. Dec. 78. gloss. 8. item. part. 2. Dec. 265. num. 1. add. infra §. 5. in verb. De jure civili.*
 Quæ præcipitancia noverca justitiæ est: *Mev. part. 1. Dec. 78. n. 6.* Partes vero plene audire, & cum plenaria causæ
 cognitione ad sententiam pervenire, iudicem decet.
Mev. part. 2. Dec. 268. gl. 8. Sed postquam hodie ex con-
 suetudine, *Mev. part. 2. Dec. 265. n. 1. 2.* & variorum judi-
 ciorum lege sic receptum est, ut in causa concludi, seu lis
 iudicio per partes expresse concludendo submitti debeat,
 antequam Iudex super ista pronunciat; nulla est sen-
 tentia, quæ conclusionis egreditur terminos. *Mev. part. 2. Dec. 265. n. 1. 2. Richter. ad Authent. Iubemus: n. 19. C. de judic.* adeoque in Camera acta nondum submissa non
 debent referri, nec ab Advocatis, Procuratoribus, aut
 sollicitantibus absque poena possunt sollicitari, *sec. Rec. Imper. de Anno. 1654. §. Alß auch die Erfahrung. 153. Roding. Pand. Cam. lib. 4. tit. 14. pag. 1078.* & non solum
 in illo Augustissimo tribunali, sed etiam aliis bene con-
 stitutis judiciis nulla publicatur sententia, ne interlocu-
 toria quidem, nisi in causa legitime conclusum sit. *Gail. d. Obs. n. 2. Mynsing. cent. 3. obs. 17. n. 6. Mevius. part. 1. Dec. 78. n. 8. Roding. Pandect. Cam. lib. 3. tit. 30. pag. 865. Schvvanman. lib. 1. Proc. Cameral. cap. 53. n. 1. add. Camo- merger. Ordn. part. 3. tit. 22. 26.* adeo ut si partes litem in
 longius extrahere studeant, & conclusionem ac finem
 suis



suis allegationibus & processibus facere tergiversentur, Judex concessa sufficiente dilatione, ad concludendum litigantes ex officio vel cogere, vel causam, in contumaciam non concludentis, pro conclusa acceptare, & in ea pronunciare possit. *arg. Nov. 115. c. 2. Authent. Iubemus. C. de Iudic. Mynsing. d. Obs. 17. in fin. Harprecht. d. Dec. 15. concl. 10. num. 1. add Fürstl. Braunsch. Wolffenh. Hoffgeriches Ordn. tit. 63. Vom Rechte Sach und Beschluß.*

J. V.

Qui con-
cludant.

Conclusio fit a partibus litigantibus, tam actoribus, quam reis: aliquando etiam a Judice. Et quidem partes quod attinet, illæ sunt aut principales ipsæ, aut earum procuratores. Principales debent legitimam habere personam standi in iudicio, & rerum suarum liberam administrationem: vid. *Struv. Synt. jur. civ. Exerc. IX. th. 5. 6. 7. 8. Meieri Colleg. Argentorat. th. 87. 88. 89. &c. Procuratores vero speciale mandatum: Ord. Camer. part. 3. tit. 23. §. Es sol auch kein Procurator. item tit. 26. §. So sol also auch. 2c. Quia conclusio est species renunciationis, quæ per alium sine speciali mandato fieri nequit: Præstat etiam in mandato ad totam causam in specie fieri mentionem conclusionis. *Brunneman. Proc. civ. cap. 26. num. 4. Deinde iudex causam, vel causæ certum articulum ex officio pro conclusa acceptare & declarare potest. Mev. part. 2. Dec. 265. num. 4. 5. 6. item part. 5. Dec. 239. Mynsing. 3. obs. 17. Guid. Pap. qu. 87. Ord. Cam. p. 3. t. 23. §. Wo aber einem Procuratorn. Fürstl. Wolffenh. Hoffger. Ordn. tit. 63. verb. Wann aber. 2c. initio sententiam ita formando: Und wird die Sache hiemit ex officio für beschloffen angenommen / und ferner erkand. 2c. Hoc vero non fit promiscue, neque ex mero arbitrio, sed (1) si vel manifesta sit**

COR-



contumacia concludere debentis, & sine ratione nolentis, Gail. 1. Obs. 107. n. 2. Umm. de proc. jud. Disp. 19. th. 3. Mev. d. Dec. 265. n. 3. 5. 6. item d. Dec. 239. num. 2. Hoff's Gerichts Ordn. d. l. De jure civili, quando pars una allegationibus suis renunciaverit, altera vero se habere aliquid proponendum dixerit; tunc judex hanc compellere debet partem, intra triginta dies, quicquid velit, proponere. Quod si non fecerit, tunc secundus mensis; sin vero & adhuc distulerit, tertius etiam ipsi pro dilatione indulgetur: Et si in isto non concluderit, causa pro conclusa habetur, & sententia profertur. Nov. 115. c. 2. Authent. iubemus. C. de judiciis. Donell. lib. 24. c. 6. Umm. Disp. 19. num. 8. add. §. 4. supra. verb. nam si pars quadam reservaret. &c. Quod tempus hodie ita non attenditur; sed judex, quando submissione & conclusionem opus, potest pro cujusque loci consuetudine, stylo & lege, hoc casu procedere. Mev. part. 2. Dec. 265. num. 6. (2) vel omnis ad probandum & deducendum ex ordinatione judicaria concessus terminus elapsus sit. Menoch. de Arb. Jud. lib. 1. qu. 35. num. 6. 7. Greven. obs. 107. num. 17. lib. 1. Mynsing 3. Obs. 17. Relat. 3. apud Klock. num. 426. Mev. part. 5. Dec. 239. item part. 2. Dec. 265. gl. 9. comminatione tamen interdum præmissa. Roding. Pand. Cam. lib. 3. tit. 36. p. 865. sc. mit dem Anhang / wo er solchem also nicht nachkommen wird / daß alsdann die Sache von Amtes wegen für beschloffen angenommen seyn soll. (3) vel nihil probandum restet. Mev. part. 5. Dec. 239. num. 4. (4) vel probationibus renunciatum sit. &c. Muscatell. in prax. civil. part. 7. gl. de jurejurando. num. 5. Mev. d. l. num. 5. ubi nihil tale est, judex minime ad concludendum ex officio properare debet; multo minus, ubi pars causam allegat, cur ultra au-

B diri

diri opus sit. *Mev. d.l. num. 6. Fürstl. Braunschw: Wolfenbl. Hoffgerichts-Ordn. tit. 63. vom Rechte, Sake und Beschluß. verb. wann aber einiger Theil außerhalb gegründeter Uhrsachen. re. quæ potest esse, si actorum & instrumentorum editionem ab adversario desideret. Mev. d.l. & quando appellans ad acta priora submiserit, & nihilominus libellum appellatorium exhibuerit: tunc enim altera pars ultra audiri debet, nec tenetur pure submittere, nisi remoto, aut non attento eo, quod ultra ista adductum apud acta reperitur. Mev. part. 8. Dec. 201. add. §. 10. in verb. plane cum appellans. Ultima enim allegatio in lite, das letzte Wort / reorum est, & à sententia illam præveniente iuste appellatur. Mev. part. 1. Dec. 94.*

§. VI.

In quibus
causis.

In omnibus regulariter causis concludendum est: etiam iis quæ pendent in foro Ecclesiastico. *Mench. de Arb. Iud. Quest. 35. num. 8. lib. 1. & apud arbitrum, (s. compromissarium, germ. willkührlichen Schieds-Richter / veranlasseten Richter / Niedersatz und Obman) Menoch. d. l. num. 9. Gilhaus. arb. judic. cap. 1. part. 3. §. 9. num. 11. huius enim officium est, causam cognoscere instar iudicis: vid. l. 14. pr. §. 1. princ. C. de iudic. l. 15. de recept. sequi leges, statuta, consuetudines loci, ac jus commune scriptum: ut & observare solennitates processum iudicarium respicientes: Gilhaus. & Struv. dd. ll. Meieri Colleg. jur. Argentorat. à th. 49. ad th. 60. de receptis. nisi certus ipsi a partibus compromittentibus præscriptus sit procedendi modus. Carpzov. process. jur. tit. 2. art. 3. §. 3. 4.*

§. VII.

In quibus
non.

Non vero concluditur in causis (1) summaris. *Clem. saepe. in fin. de V. S. Rosbach. proc. jud. tit. 70. num. 8. Me-*



8. Menoch. *d. l. qu. 35. num. 10.* Camil. Borell. *T. 2. decis. tit. 26. num. 12.* Umm. *Disp. 19. num. 10.* utpote in quibus, omissis solennitatibus, & essentialibus tantum iis, quæ ipsam quasi naturæ jus in judiciis requirit, observatis, proceditur. Struv. *synt. jur. civil. Exerc. IX. th. 66.* Carpzov. *proc. jur. tit. 1. art. 1. num. 30.* Quæ autem illæ sint, enumerantur in Ordin: *Cameral. part. 3. tit. 2. vid. Gilhaus, arb. judic. cap. 2. num. 4. Carpz. proc. d. l. §. 4.* Et hoc ita se habet, nisi judici aliter videretur. *Clem. d. l. vel ordinationes aliud disponerent; uti Cameralis etiam in his conclusionem requirit. d. Ord. part. 3. tit. 22. (2) quæ coram arbitratore ventilantur. arg. l. Pomponius ait. 13. §. recepisse. 2. ff. de receptis.* quod ille non tanquam iudex interveniat, nec assumatur ad decisionem judicialem causæ controversæ, sed tanquam mediator ad conventiones, similesque actus determinandos: *vid. l. ult. C. de contrah. emt. l. 25. princ. locati. l. 75. l. 76. profocio. l. 43. de V. O. l. 1. §. 1. de legat. 2. l. 6. princ. de condit. & demonstr.* indeque amicable compositor, germ. *Spruch- und Schiedsman / ein gleich- und gütlicher Unterhändler* vocatur: cujus arbitramentum ad instar contractuum redigitur: eo quod controversiam inter partes ex æquo & bono, nulla juris servata solennitate componit; sententiamque fert secundum æquitatem sibi visam: & prout verisimile est, litigantes acquieturos: illique permittitur, pro bono pacis dare uni quid de jure alterius. Meieri *Colleg. Argent. th. 78. de recept.* Gilhaus. *arb. judic. cap. 1. part. 3. §. 9. num. 12.* Carpzov. *d. proc. tit. 2. art. 3. §. 4. (3) quando iudex certis in casibus ex suo officio procedit. Menoch. d. l. num. 10. add. lib. 2. cent. 1. cas. 51. num. 40.*

§. VIII.

Concludendum vero est, quando causa satis est di-

B 2

Quando
conclu-
dendum,
scussa.

scuffa. Mev. part. 4. Dec. 120. gl. 1. Memor. visitat. anno.
1678. quod fit interdum ante vel post replicas, duplicas,
triplicas, quadruplicas: & prout stylus curiæ disponit.
vid. d. Fürstl. Wolfftbl. Hoffgerichts Ordn. tit. 63. vom
Recht: Satz und Beschluß. in verb. §. 1. wann nun die
Parteyen ihre Notdurfft fürgebrachte / ihre Beweisung /
und anders gethan haben / wessen sie in der Sachen zu ges
niessen verhoffen / so sollen sie zu recht beschliessen. 2c. adeo-
que super submissione plane inepta v. c. si fiat ante re-
sponsonem, non est opus ut pronuncietur, sed ea non at-
tenta, quod justum est, statim injungitur. Mev. part. 4.
Dec. 120. Sed in disputationibus attestacionum potest is,
qui excipere debet, in causa protinus concludere; ut &
actor, forte quod existimet, probationem suam tam esse
claram & perspicuam, ut ulteriori deductione opus non
habeat. Vultei Jurisprud. Rom. c. 30. n. 8. Recess. Imper. de
Anno 1654. §. 54. Nach Verscheynung. §. 55. wie auch in
diesem Fall. 2c. atque tum, ut ea superledeat deductione,
est omnino consultius. idem de Iudic. 577. num. 1. attesta-
torum enim disputationes procul dubio jura partium
concernunt, quibus renunciari potest. arg. l. pen. C. de pa-
ctis. idque eo facilius concedendum, quo citius hac ra-
tionem in tota causa concluditur, in quo non minimum
utriusque partis, & Reipubl. interesse versatur. Carpzov.
de proc. tit. 15. art. 1. §. 9. item Jurisprud. Forens. part. 1.
Const. 18. Def. 11. Alias cum & in foro Saxonico, Carp-
zov. process. tit. 15. art. 1. §. 7. Jurisprud. Forens. part. 1.
Const. 18. Def. 9. & secundum Constitutionem Imperii de
Anno 1654. §. 54. Nach Verscheynung. §. 55. wie auch in
diesem Fall. §. 56. Und demnach mehrentheils. §. 57. Ebena-
mässig auff. in disputationibus reus contra quem susce-
pta est

pta est probatio, prius incipiat disputare, & allegationes & dictis testium, vel instrumentis, & aliis probationibus petitas reprobare; his vero actor dum ulterius respondeat, & denique etiam ultimam conclusionem faciat, (den letzten Satz / Schluß-Satz) potest hanc cautelam observare, ut in replicatione ad exceptiones rei, sua jura & allegationes, quibus utitur, & obtinere sibi persuadet, non prorsus manifestet, sed leviter tantum exceptiones rei attingat, simuletque quasi illas infringere & refutare non posset: postea vero, ubi reus cum suis duplicis in causa concludat, actor in sua triplicatione & ultima positione seu conclusione, omnia sua jura, rationes & allegationes effundat, proponat, & rei exceptiones evertat, de puncto que ad punctum examinet, refutet & impugnet. *Specul. lib. 2. part. 2. tit. Disputat. & Allegat. Advocat. §. 4. num. 24. Berlich. part. 1. Pract. Concl. 48. n. 29.* addens hanc rationem, quod quæ ultimo audiuntur, melius memoriæ mandentur; & verba ultimo prolata præstantiora sint, cum per contradictionem facile res dubia efficiatur. *arg. l. 3. C. quib. ad libert. procl. non lic.* Econtrario pro reo cautela est, quod is statim suis in exceptionibus simulet in causa concludere, ulterioribusque disputationibus renunciare, his fere verbis utendo: Und wil Beklagter / in Verbleibung Neuerung hiemit im Nahmen Gottes zum gedeylichen Urtheil beschloffen haben / das Hoch-Adeliche Richtersliche Amte / sibi jus & justitiam administrari, anruffend / doch mit Vorbehalt. *ic. Hoc casu, si actor in sua Replicatione simpliciter absque ulla reservatione ulterioris disputationis, deductionis, & allegationis in causa concludit, his verbis: Und weil Beklagter in seiner exception-Schrieffe zum Urtheil beschloffen; Als wil Kläger hiemit gleichfalls im*

im Nahmen Gottes zum guten gewünschten Urtheil bes-
schliessen: *re. re. potest reus propter annexam illam refer-
vatoriam ad ulteriores disputationes pervenire: Actor
vero, qui simpliciter in causa concludit, & quasi suis di-
sputationibus & allegationibus ulterioribus renunciat,
ad ultimam suam positionem non admittitur. arg. Au-
thent. Iubemus. C. de Iudiciis. Nov. 115, c. 2. Berlich. d.
Conclus. 48. num. 30.*

In Camera
Imperiali.

§. IX.

Secundum stylum Camerae nemini alterum con-
clusionem subita obruere, seu concludendo praecipitare
licet: *Ord. Cam. part. 3. tit. 23. §. So aber aufferhalb des
sen. re. nisi quando ab altera litigantium parte nihil novi
in medium allatum fuerit: tum enim alteri viva voce
concludere, & adversario, nisi novas causas jurejurando
probet, eandem concludendi necessitatem afferre lice-
bit. Ord. Cam. d. l. §. Und sollen. verb. oder auch mit Einfüh-
rung re. §. So aber etwas. Specialiter in puncto perem-
toriarum ultra triplicas, d. Ord. p. 3. t. 29. dilatoriarum vero
& similium exceptionum, si sint relevantes, ultra duplicas
non procedendum; sed concludendum est in eadem aut
proxima audientia. Ord. Cam. part. 3. tit. 26. §. So aber der
Kläger. re. item. §. wo aber die Replicatorii articuli. &c. & seq.
§. Und sonderlich wollen wir. re. In puncto Exceptionum
contra articulos ad replicas utrinque: d. Ord. Cam. part.
3. tit. 15. §. Und so also wieder. In puncto responsionum
omissis replicis concludendum & submittendum est. d.
Ord. part. 3. tit. 15. §. So auch jetzt angeregter. re. In puncto
Attestationum duo utrinque scripta & non plura produ-
cenda, & postquam ea prolata sunt, in hoc puncto conclu-
dendum, sec. Recess. de Anno 1600. §. Nachdem in dem
Reichs*



Reichs: Abscheyd. Plane hodie secundum Recessum nov. de Anno 1654. §. 56. Und demnach. item. §. 57. Ebenmässig auff solche/ *re. unum scriptum à qualibet admittitur parte; & arbitrio judicis committitur, cui velit pro ratione circumstantiarum ultimam concedere allegationem. add. Roding Pand. Cam. lib. 3. tit. 36. pag. 870. In puncto Executionis, quamvis d. Ord. Cam. tit. 48. §. Und wann dem verlustigen Theil. in verb. Uhrsachen die für erheblich angesehen würden. re. non simpliciter contra exceptionem oppositam, replicationem permittere videatur, nihilominus tamen per Mem. Visitationis, anno 72. §. dem alten Sprichs Wort nach. re. sancitum est, ut judex exceptiones obiectas in primo termino accurate attendere & trutinare debeat; ne temere admittat, & terminum ad replicandum concedat, refer. Roding. d. lib. 3. tit. 63. circa fin. pag. 1020. In causis Mandatorum sine clausula, idem observandum est, salvo tamen ubique judicis arbitrio. Rec. Imper. de Anno 1654. §. 77. Auff den Gegenfall aber. re. item. §. 78. nechst diesem. re. Sed in causis Mandatorum cum clausula, ab Actore cum replicis, & reo cum duplicis, salvo itidem judicis arbitrio, concludendum est, d. Rec. §. 87. In den Mandatis cum clausula. In puncto expensarum, tanquam parte quadam & appendice puncti executionis, celeriter procedendum est, nec submissiones admodum frequentes fiunt. Roding. d. lib. 2. tit. 6. §. 8. pag. 485.*

§. X.

In causis appellationum vi Recess. noviss. cum replicis ab actore & duplicis a reo concluditur. Roding. Pand. Cam. lib. 3. tit. 36. pag. 864. add. Ord. Cam. part. 3. tit. 33. potest etiam post responsiones appellati, ad acta priora pure submittere appellans, hunc in modum: *ich ero hole*

In Appel-
lationis
instantia,

Hole meine Appellation: Klage / auch acta voriger Instanz
 loco gravaminum, bitte zu erkennen / wie in der appella-
 tion: Klage gebeten / und setze die Sache zu endlicher Ers-
 kändniß. Ord. Cam. d. p. 3. tit. 32. §. und sollen solche. 2c.
 Et siquidem responsiones sint congruæ, & causa satis
 ventilata nec dubia amplius, pronuntiationi definitivæ
 locus est: Sin vero judici de veritate & statu causæ non
 satis constet, ea submissio non impedit, ulteriora judici-
 arii processus adhibere, & exigere, trad. D. Mev. part. 3.
 Dec. 400. add. Rec. Imper. d. anno. 1654. §. diesem nechst
 nun beyra. 2c. 34. Plane cum appellans abbreviendæ litis
 causa hoc compendio uti velit, ut non exhibito libello
 appellatorio ad acta priora statim causam judici superiori
 submittat, non tantum ipse audiendus, sed pars etiam
 adversa ita submittere obstrictus est, aut causa per judi-
 cem pro conclusa acceptatur: vid. d. Reces. Imp. §. 65.
 wolte er aber. 2c. item §. 71. Auch in Fällen. Mev. part. 8.
 Dec. 201. alias enim hoc compendium non obtineretur,
 nec appellanti proficeret, si alteri parti integrum esset,
 novis allegationibus litem differre. Gail. 1. Obs. 128.
 num. 4. Quod vero limitatur in eo appellato, qui adhæsit
 appellationi ab adversario interpositæ, etiam coram ju-
 dice appellationis introductæ, si forte, ut contingere po-
 rest, in quibusdam articulis se gravatum ostendere, & ita
 appellationem prosequi velit. d. Rec. Imp. §. 71. Auch in
 Fällen / da der appellant. &c. Mev. d. l. num. 2. Hahn. Ob-
 serv. ad VVesembec. num. VII. de appellation. Sicuti enim
 appellatio communis est utrique parti, Hahn. d. l. Struv.
 Dissert. de appellat. th. 55. ita etiam non stat penes appel-
 lantem, ut sua submissione tollat ea, quæ ad deductio-
 nem adhærentis faciunt; maxime si in priori instantia
 non

non satis sint deducta, ut super iis causa per iudicem pro conclusa esset habenda. *Mev. part. 8. Dec. 201. gl. 2.* Tenetur vero hic appellatus, adhærens alterius litigantis appellationi, (sicuti etiam appellans ipse,) si nova vult producere, ad juramentum sese offerre, & ita præstare: daß er seines angegebenen neuen An- und Vorbringens in erster Instanz nicht Wissenschaft gehabt / oder solches dermahlen nicht einbringen können / oder einzubringen / nicht für dienlich oder nöthig erachtet / nunmehr aber davon halte / daß solches alles zu Erhaltung seines Rechts dienlich und nothwendig sey. *d. Recess. de anno 1654. §. 73.* wie ebenmässig. *zc.*

§. XI.

Conclusio causæ fit vel facto partium interveniente, vel ipso jure. Factum partium ad conclusionem interveniens est scriptura, aut viva vox: prout stylus cujusque iudicii requirit. In quibusdam, & in scriptis & oratenus partes concludere tenentur. *Brunneman. Proc. civil. cap. 26. num. 1.* Quod si etiam partes submiserint pro sententia iudicis super quadam exceptione dilatoria, aut alio articulo certo; & ulteriora processus sibi reservata velint; tum fieri hoc quidem potest sola expressione illius certi puncti; & quod extra illum est, tanquam separata causa habetur, nec in ea potestas iudicis sine submissione est; præterquam cum secundum statum litis submittere oporteat, *Mev. part. 2. Dec. 265. num. 4. 5. 6.* nihilominus tamen hoc melius fieri cum quadam protestatione, de ulterius non submittendo, cauti Advocati observant. *Mev. d. l. num. 44.* In Camerali iudicio ita proceditur: ut (1) ad conclusionem rei verbalem actor illico, ^{ra.} vel dilatione impetrata, proximo termino viva voce concludat.

Quomodo concludatur.

In Came-

C

cludat.



cludat. Ord. Cam. p. 3. t. 23. §. 1. Und also so. 2. (2) reus
 actore concludente vel confestim vel proximo termino
 idem faciat: d. l. Ord. §. 2. Gleicher gestalt so der. 2. (3) per
 decretum iudicis iussus concludere, in continenti pare-
 re, aut pro conclusa haberi debet causa. Ord. d. l. §. 4. wo
 aber. 2. idem constitutum est in der Fürstl. Wolffenbl.
 Hoffgerichts Ordnung. tit. 63. vom Rechte Sache; §. wann
 auch die Partheyen: item. §. Und sollen die Procuratores. &c.
 Conclusiones vero verbis, iisque paucis, & sine repeti-
 tione priorum perficiuntur. v. c. In Sachen N. contra N.
 sage ich wieder des Gegenth. als Handlung gemeine Eins-
 rede / und wiederhole meine vorige Handlung; setze die Sa-
 che zur Erkändnuß / mit unterthänigem (dienstlichem) Bite-
 ten / zu erkennen / wie in der Klage (vel si reus sit) wie in der
 litis contestation, und sonst allenthalben gebeten worden;
 Das Richterliche Amte hierüber unterthänig / hochfleissig /
 dienstl. (pro conditione) anruffend. 2. Ord. Cam. d. p. 3.
 tit. 23. §. Und sollen hinfürter. 2. quandoque etiam post
 verba, gebeten worden / addi solet & illud: oder / wie nach
 Ordnung der Recht hierinnen gebeten werden soll / kan oder
 mag / oder allenthalben recht ist. Gilhaus. Arb. Iud. c. 4. Ram.
 6. num. 7. hodie illa verba, setze es zur Richterlichen Er-
 kändnuß. 2. non præcise observantur, sed satis est, si re-
 petantur priora, & petatur sententia: Roding. d. l. lib. 3.
 tit. 36. pag. 867. In Appellationum causis eodem modo &
 iisdem verbis, quibus & in simplicis quærelæ causa con-
 cludendum est. Ord. Cam. tit. 33. §. Und sollen solche. Ipso
 jure fit conclusio, quando iudex ad inrotationem, vel
 sententiam audiendam partes citat post terminum la-
 psam. Menoch. d. Arb. Iud. lib. 1. qu. 35. n. 6. quod tem-
 pus in arbitrio iudicis positum est. Menoch, d. l. nam ci-
 tatio

tatio ad sententiam supplet locum conclusionis, & ei æquipollet. Borell. *T. 2. decis. tit. 26. num. 40. & seqq.* Brunnem. *Process. civil. cap. 26. num. 7. Add. supra §. 3. & 5.*
§. XII.

Finem & effectum conclusionis causæ quod attinet, cum sæpissime per Disputationes lites multum protelantur, notante pluribus Ruland. *de commiss. part. 1. lib. 6. c. 3. add. Recess. Imper. de anno. 1654. §. 56.* Und demnach mehren. heil. 2c. dum illi, qui malas causas habent, concludere nolunt, *Nov. 115. c. 2. verb. se malas habere & c.* & ita vulgaris ferme querela de immortalitate litium: cujus quondam fata suavi lepore describit Jean du Prè *au Traict des Plaidoiries en France*, cum ait: Les Juges du Palais de cette ville de Poictier ont par cy devant étés punis, & mis par les dits Commissaires du Roy à l'amende d'une grande somme des deniers, par l'occasion de cette chansonnette:

ça ça ma Harpe, ça ça ma lyre,
chansons des juges de Poictier, &c.

vid. Excell. D. Malcomesius. *de Disputationibus. §. 8.* ideoque causæ conclusio tendit non solum ad querelas de præcipitancia, aut non satis aliquo audito præpediendas: *arg. d. Nov. 115 c. 2. Mev. part. 2. Dec. 265. num. 1.* sed etiam finem litibus aliquando imponendam: Menoch. *d. l. de Arb. Iud. lib. 1. qu. 35. num. 7.* Brunneman. *ad Authent. Iubemus. C. de Iudiciis. vid. Nov. 115. cap. 2. in verb. ne litigatoribus male certantibus liceat causarum exitum ultra protrahere.* Hinc quoad effectum excludendi probationes ferme eandem vim habet, quam habet sententia. Menoch. *d. l. num. 1. 2. 3. add. lib. 2. Cent. 1. Cas. 51. num. 32 & c.* adeoque partibus os clauditur, seu ulterior probatio & allega-

allegatio excluditur. *c. pastoralis. s. X. de caus. possess. & propriet. c. cum dilectus. 9. X. de fid. instrum. Nov. 90. c. 4. Gail. lib. 1. Obs. 107. num. 4. Mey. part. 3. Dec. 185. n. 1. 2. 3. d. Fürstl. Wolfftbl. Hoffgerichts-Ordnung. tit. 63. vom Rechte = Satz und Beschluß. in verb. nicht zulassen etwas weiter in Recht fürzubringen / noch einigen Beweis mehr zu thun. 2c. Denunciatoriales quoque denegantur: sicuti præjudiciis confirm. Roding. in Pand. Cameral. lib. 3. tit. 4. §. 36. p. 567. nec non parte ipsa, vel procuratore ejus decedente, omiſſa etiam citatione ad reassumendum, causa deceditur, & sententia in procuratorem, seu partem superstitem concipitur, citatis in executione vel heredibus, vel partibus, Rec. Deputat. de anno 1600. §. 76. Nachdem auch. 2c. & Recess. Imper. de anno 1654. §. 99. Damit auch. 2c. Roding. d. l. lib. 3. tit. 4. §. 35. pag. 560. Contrariam observantiam in foro Saxon. quoad obitum litigantium, vid. apud Carpzov. proc. jur. tit. 6. art. 4. §. 3. 4. 5. 6. 7. item. tit. 16. art. 3. §. 4. Quod multo magis hodie obtinet: Cum enim post d. Recess. Imp. de anno 1654. §. 99. Damit auch. 2c. mandata procuratoria non tantum in personam clientis, illiusque heredes, sed etiam procuratorem ipsum, nec non in casum illius mortis, in substitutum concipienda, & exhibenda sint, ut sic instantia de jure hoc novo, moriente vel parte ipsa, vel illius procuratore, in heredibus, quorum nomina procurator exhibere tenetur, & substituto procuratoris de mortui, sine sufflamine reassumendæ litis possit continuari: ideo citationes ad reassumendum, omnibus in causis post d. Recess. introductis, aliisque causis in genere, in quibus tale exhibitum est procuratorium, cessant. Roding. d. l.*

¶ 21 ¶

S. XIII.

Cum Iudex propter publicam privatamque quietem hortari partes ad concordiam possit & debeat, *c. ult. de transact.* iisque utilissimum sit, transactionibus litium vexationes redimere: nam secundum Augustin. Barbos. in pastoral. allegat. 79. num. 14. in controversiis causarum capitales inimicitiae oriuntur, fit amissio expensarum, labor animi exercetur, quotidie corpus fatigatur, multa & inhonesta deinde crimina consequuntur, bona & utilia opera postponuntur, & qui saepe credunt obtinere, succumbunt, & si obtinent, computatis laboribus & expensis nihil acquirunt: Ideoque non solum in principio, sed etiam in quavis parte iudicii, & post conclusionem causae, & immediate ante sententiam transactio tentari debet & iniri potest. Francisc. Frideric. ab Andler *Iurisprudenc. lib. 2. tit. 4. num. 4. item. 46. add. Rec. Imper. de anno 1654. S. 110.* Zweytens soll der Richter erster Instanz / die Partheyen in zweiffelhafftigen Sachen / nicht allein vor angefangenem Rechtsstand / und litis contestation, sondern auch in quacunq̄ue parte iudicii durch alle dienliche Mittel und Weg / auch schiedliche Erinnerungen / in der Güte von einander zu sehen / und hiedurch alle weitleufftige Koste spileige Rechtsfertigung zu verhüten / sich befließigen. *ic. Nihilominus tamen suadendus, non est offendendus, ut jure suo cedat, praesertim processu ad finem perducto, factis probationibus, & sumtibus erogatis: quod recte admonet Iudicem Iason in l. si convenerit: num. 15. ff. de re judicat. ne postquam ex meritis causae didicerit, quae pars justitiam foveat, transactionem suadere praesumat; id quod etiam in supra citat: Recess. de anno 1654. exprimitur: in verb. in zweiffelhafftigen Sachen. item. seqq. Jedoch*

Non tollit
Transac-
tiones.

C 3

che

527

ehe dan er die Güte den Partheyen vorschläget / vorhero in den Sachen sich wohl informiren / und sein Abschen bey diesen güetlichen Vergleichhen dahin jederzeit sorgfältig stellen / damit die eine öffentlich ungerechte Sach führende Parthey zu demselben nicht gelassen / noch der rechthabende Theil damit beschweret / noch auch die Justiz / wieder des andern Theils Willen / verzogen werde. *ic.*

§. XIV.

Produ-
ctionem
Docu-
mentorum
in actis
allegat :

Neque porro excludit hic Effectus productionem instrumentorum post conclusionem, de quibus in actis mentio fit, sed producta, seu ad acta prolata non sunt; & hoc ideo, quia non ad novam aliquam probationem faciendam, sed ad ea, quæ in actis sunt, eo dilucidius ostendenda, & confirmanda; seu, ut iudex videat, quæ in actis allegata, seu in documentis fundata sunt, eo solidius deprehendat, producuntur. *Mevius. part. 3. Dec. 185. Matth. de Afflict. Dec. 115.* unde etiam multo magis iudex partibus recte injungit, ut ejusmodi in actis allegata documenta ante transmissionem producant. *Mev. d. l.*

§. XV.

Confilio-
rum.
Relatio-
num.

Consilia, five Informationes juris, Relationes ex actis, Recapitulationes, & quæ sunt similia, extrajudicialiter post conclusionem, & quocunque tempore ad acta exhiberi, & in iis argumenta decidendi ita deduci possunt, ut Domino Referenti in expeditione causa illa advertere facile sit: *sec. Recess. Imper. de anno 1654. §. 96.* zu dermahliger. *vers. wie auch ehliche. Roding. Pandect. Cameral. lib. 3. tit. 36. p. 871. Gail. lib. 1. Obs. 107. num. 13. Menoch. qu. 35. num. 21. Marant. in specul. part. 6. tit. de Allegat. & Disputat. jur. n. 2. Brunnem. ad l. Indices. & d. Authent. C. de Judiciis, ignorante etiam parte adversa. Gail.*

¶ 23 ¶

Gail. *d. l. Harprecht. de proc. judic. Dec. 15. concl. 10. num. 3.*
 hujusque utilitas in eo versatur, ut ansa disputandi &
 litem extrahendi, parti adversæ præcidatur: nam hujus-
 modi allegationes pro informatione judicis tantum ex-
 hibentur: nec alteri parti communicantur. per Pacium.
de probat. lib. 1. c. 65. probat D. Malcomel. *de Disputatio-*
nibus. §. 13. Nisi vero factum, ex quo jus oritur, sufficienter
 prius deductum & probatum est, parum aut nihil jvant.
 Gail. *d. l. Harprecht. d. l. num. 4.*

§. XVI.

Idem de supplicationibus sentiendum, quæ pro ma- ^{Supplica-}
 turanda sententia ita frequentissime concipiuntur, ut ^{tionum.}
 tam factum quam jura in iis deducantur, valeantque in-
 star modo dictæ informationis. Sed ejusmodi consilia &
 informationes &c. in decisione causæ, in referendo &
 votando, quantum ad jura, non ultra quam quatenus
 deprehenduntur actis esse conformia; Quoad factum
 vero nihil attenduntur. Rec. Imper. *de anno 1654.*
 §. 96. *Zu demahliger. Roding. d. l.* Quod si quid in
 facto novi in iis adductum, vel ex aliis causis Iudici ita
 visum fuerit, per sententiam injungit, ut scripta extraju-
 dicialiter exhibita, judicialiter producantur, sicuti præ-
 judicio asserit Roding. *d. l.* Pars etiam adversa, si extra-
 judicialibus hisce informationibus sibi præjudicatum iri
 metuit, in conquirenda harum copia operosus esse, & eâ
 obtentâ ex sua parte similem, aut refutatoriam exhibere
 potest. Roding. *d. l. lib. 3. tit. 36. pag. 871.* Sic enim & Iudex
 labore in jus inquirendi sublevatur, & simul etiam exci-
 tatur, ut in partem illam discedat, quam meliori jure sub-
 nixam videt: per Umm. *Disp. 18. de process. th. 23.* Carpz.
Jurisprud. Forens. part. 1. Const. 18. Def. 1. num. 7. Wehner.
rec. Beweisungs- oder Probation. Schrifte. Grev. ad Gail.

205. num. 47. prob. D. Malcomesius *de Disputationibus.*
ch. 8. Enimvero advocatus parti suæ optime consulat,
 si protestetur, nolle se, ut [sc. ejusmodi Consilia, Informa-
 tiones, Relationes, Supplicationes &c.] exhibeantur parti:
 quam cautelam suggerit Zoël. *ad ff. de edend. num. ult. add.*
Wel. 5. cons. 218. num. 52.

§. XVII.

Impeditur
 per
 Partes.

Conclusionis causæ effectus impeditur vel facto, vel
 dispositione juris. Factum proficiscitur vel à Partibus,
 vel à Judice. A Partibus quidem litigantibus (1) per Re-
 vocationem, eamque vel expressam, vel tacitam. Quan-
 do scilicet post conclusionem, consensu partium testes
 repetuntur. Farinac. *de opposit. contra testes. qu. 66. n. 298.*
 quæ reiteratio fit utriusque partis communibus sumtibus.
 Rutger Ruland. *de commiss. part. 1. lib. 6. cap. 8. num. 9. item:*
 Quando parte præsentem, & non contradicentem, produ-
 cuntur instrumenta. Menoch. *de Arbitr. jud. lib. 1. qu. 35.*
num. 14. Farinac. *lib. 3. qu. 75. num. 269.* vel ejusmodi in-
 strumentum de novo celebratum, quo partes à lite, non
 expectata sententia recedunt. Menoch. *d. l. n. 18.* (2) per
 appellationem interpositam: quando judex causam pro
 conclusa præpostere acceptat, vel quod sufficientes dila-
 tiones partibus non dederit: Brunneinan. *proc. civil. cap.*
26. num. 5. Mev. *part. 5. Dec. 239.* vel quod non eatenus ac-
 ceptat, quatenus partes concludere, obstructi erant. Brun-
 neman. *d. l. vid. supra §. 11. verb. Quod si etiam.* vel quod
 terminum ad concludendum datum, propter justas cau-
 sas prorogare nolit. D. ab Andler. *Jurisprud. lib. 1. tit. 12.*
part. 3. num. 13.

§. XVIII.

Judicem.

A Iudice per concessam ex ætatis, vel in majoribus
 alia justa causa, restitutionem in integrum. Menochius.
d. l.

*d.l. num. 19. Odd. de restitut. qu. 65. art. 12. Brunnemann: proc. civil. cap. 26. n. 9. (2) per rescissionem vel ad implo- rationem partium; vel ex officio. Postquam enim partes submiserunt causam definitioni judiciali, vel illa pro con- clusa accepta est, usque ad sententiam rescissionem con- clusionis petere possunt: Mev. part. 1. Dec. 134. gl. 6. Fürstl. Wolfftbl. Hoffgerichts-Ordn. tit. 63. Vom Rechtsake und Beschluß: verb. Es mögen auch unsere Vice-Hoffricht- ter. &c. Verum ut illa indulgeatur, adhibenda est causæ cognitio; an scil. petatur (1) ob justam & rationabilem causam: *dd. ll. v.c. propter noviter reperta instrumenta. Menoch. de Arb. Iud. lib. 1. qu. 35. n. 13. it. lib. 2. Arb. Cas. 241. Mynl. cent. 4. Obs. 60. & cent. 6. Obs. 56. Gail. lib. 1. Obs. 107. num. 10. Harprecht. de process. judic. Dec. 15. Concl. 10. n. 5. Brunnem. ad d. Authent. Iubemus. C. de judiciis. vel etiam testes, Farinac. lib. 3. qu. 75. n. 260. & seqq. Pruck- man. vol. 2. cons. 21. num. 174. seqq. Donell. lib. 25. cap. 17. lit. D. Brunnem. proc. civil. cap. 26. num. 9. lib. 1. (2) Dein- de injungendum est petenti, ut producat, quæ post con- clusionem actis addere vult. Mev. part. 7. Dec. 218. num. 1. (3) Status controversiæ accurate considerandus, & expendendum, utrum illud, propter quod ista peti- tur, ad illam causam aliquid faciat: Si appareat, aut sine eo causam à parte petente satis esse instructam; aut ad il- lam nihil, aut parum facere; & si actis addatur, nihil pro- ficere, tunc statim rejecta petitione pronunciandum est. Mev. *d.l.* ad judicis enim officium pertinet, diligenter ca- vere, & providere, ne supervacuis, & inutilibus allega- tionibus protrahantur lites, quas cito finiri, publice inter- est. Mev. *d.l. gl. 2.* (4) Novi quid ita in medium afferens, se nihil per calumniam agere, & illud antea ignorasse, ju-**

D

ramento

ramento afferere tenetur. Ord. Cam. part. 3. tit. 23. §. So
aber etwas neues &c. Gail. d. l. num. 10. Mynsing. 6. Obs. 56.
Ruland. de Commiss. part. 1. lib. 2. cap. 18. num. 9. Menoch.
Harprecht. & Brunnem. dd. ll. Mev. p. 7. D. 31. num. 1.
Fürstl. Wolffenh. Hoffgerichts-Ordnung. d. t. verb. Daß
er solches nicht gefährlicher und verzüglicher Weise begehre/
besondern erst nach dem Beschluß erfahren / und vorhin keine
Wissenschafft davon gehabt. &c. hocque iusjurandum
speciale requirit mandatum, quod procurator sub manu
sui principalis simul producere, vel ad minimum ad ejus
productionem se offerre, obstrictus est. Roding. d. lib. 3.
tit. 36. pag. 867. Verum hujus juramenti necessitas limi-
tatur, ut nempe Judex neglecto illo possit rescindere con-
clusionem, & quæ à parte pro pleniore probatione & de-
ductione afferuntur, statim admittere; primo, quando
suspicio vel conjectura cessat, & evidens est, conclusionis
rescissionem fieri debere, ex necessitate eam peti, æquum-
que esse; & in summa nihil per calumniam agi. Mev.
part. 7. Dec. 31. num. 2. 3. item part. 6. Dec. 284. Menoch.
d. l. lib. 2. cent. 3. cas. 241. num. 7. recediturenim in no-
toriiis à solenni iudiciorum ordine, tanquam non neces-
sario, & levato velo proceditur. Mev. d. l. Dec. 31. gl. 3.
ne lis sine causa diutius quam necesse est, per illas mo-
ras præstandi juramenti, protrahatur. Mev. d. l. n. 3. nec
quis superfluo juramento oneretur. Mev. d. l. n. 4. part. 6.
Dec. 284. n. 2. cum iis utendum, ut phar macis, quibus non
utimur, nisi necessariis: ut scribit Nevizam. cons. 36. n. 3.
Deinde in iis, quæ post factam conclusionem adhuc fieri
possunt: Mev. part. 6. Dec. 284. num. 4. ut, si in contuma-
ciam acta pro conclusis assumpta sunt, purgationi con-
tumaciæ locus est, etiam sine juramento. Mev. d. l. num. 5.

Peria-

Perinde, ubi ob non introductam justo tempore appella-
tionem, in puncto desertionis causa pro conclusa assu-
mitur, qui docet impedimentum, & ex eo debitam pro-
rogationem fatalium, rescissionem non minus juste im-
petrat, quam restitutionem meretur. *Mev. part. 6. Dec.*
284. num. 6. vid. infra. §. 19. Sed quid de scriptis Interve-
nientium post causæ conclusionem productis sentien-
dum est? *¶.* Distinguendum & respiciendum esse, qua
intentione interventio fiat; utrum accessorie, & saltem
alterius litigantium gratia pro assistendo ipsi: an princi-
paliter, & proprii interesse causa. Et quamvis priori casu
interveniens causam agere & acceptare in eo debeat sta-
tu, in quo reperitur, *c. fin. ut lit. pendent. in 6. Gail. 1. Obs.*
71. num. 1. Menoch. de A. I. lib. 2. qu. 18. num. 2. nihilque
juris magis habere & usurpare possit, quam pars ipsa: ad-
eoque ut hæc sine legitima rescissione non auditur, ita
nec taliter interveniens audiendus est, qui non potest
quam ipsa pars melioris conditionis esse. *Mev. part. 7. Dec.*
219. num. 2. Attamen secundo illo casu, ubi quis pro jure
suo proprio asserendo intervenit, tum semper audiri de-
bet, non tantum post conclusionem in causa, sed post
sententiam etiam in ipsa executione. *Mev. d. l. num. 3. (5)*
Rescissione ita facta, copia productorum adversæ parti
ad respondendum danda est. *Mev. part. 7. Dec. 218. n. 4.*
Memor. visitat. anno 1678. Fürstl. Wolffenb. Hoffgerichts
Ordn. d. t. Vom Rechtsake und Beschluß. verb. Jedoch
daß solches dem Gegentheile auch darzu verkündet werde/seis
ne Einrede dagegen habend einzuwenden. &c. Coeterum
Judici nunquam concluditur, sed semper integrum est
post conclusionem, ob publicam utilitatem, & promo-
vendum processum, ad finem usque ex officio querere,

225

Klock. Vol. IV. Cons. 1. 400. n. 31. 32. 33. 34. seqq.

interrogare, vel dubium movere, wann er noch nicht ge-
nung informiret ist: Menoch. d.l. de Arb. Iud. qu. 35. n. 10.
23. & lib. 2. cent. 2. Cas. 51. n. 18. & c. Brunnem. ad Authent.
Iubemus. C. de judic. Mev. part. 3. Dec. 185. gl. 5. part. 3. Dec.
1400. Gilhaus. Arb. Iudic. cap. 4. Ram. 6. num. 9. Adeoque re-
scindere ex officio conclusionem, Scacc. l. 2. de Iudic. c. 12.
num. 28. & seqq. Cravett. cons. 144. num. 7. & cons. 714.
n. 4. Gail. d. l. Obs. 107. n. 5. Borell. T. 2. decis. tit. 26. num.
65. & seqq. Rutger. Ruland. de Commiss. part. 1. lib. 6. c. 8.
num. 9. Fürstl. Wolffensb. Hoffgerichts. Ordn. tit. Vom
Rechtsatz und Beschluß: verb. Es mögen auch unser
Vice-Hoffrichter und die Beysitzer &c. hunc fere in mo-
dum: In Sachen N. contra N. ist der Beschluß ex of-
ficio rescindiret/und erkennet/was jeder Theil zu Fürstand
seines Rechtens/und Erläuterung der Sache ferner bewei-
sen wolle/das solches auf unterschiedliche Articul und Frage
stücke gehöret werden/ alsdann ferner ergehen soll/was recht
ist. Gilhaus. Arb. Iudic. cap. 4. Ram. 6. num. 9. Quod etiam
expedit, ne super actis imperfectis, aut ubi unum vel alte-
rum dubium supersit, sequatur sententia interlocutoria,
quæ poterat esse definitiva, si cognitio super facto plenior
à iudice fuisset adhibita. Brunneinan. Proc. civil. c. 26. n. 10.
Præprimis in supremo totius Imperii Iudicio, à quo nulla
datur appellatio, aut de jure novo revisio ad effectum su-
pensivum, vid. tamen Recess. Imp. de anno 1654. §. 118.
nova jura partium post conclusionem facilius admittun-
tur, quam rejiciuntur: Supremæ enim audientix, quæ
ultimam manum litibus imponunt, ad hoc semper fa-
ciliores esse debent: juxta Thom. Michael. Relat. apud
Klock. num. 261. sentit Roding. d. lib. 3. tit. 36. pag. 870.
Quod ob identitatem rationis facile etiam applicatur iis
judiciis



judiciis, à quibus aut ob privilegium, aut aliud impedimentum facultas appellandi, vel aliud remedium quoddam suspensivum interponendi non conceditur. Quid vero de juramento necessario vel suppletorio probationis? R. Quamvis pars litigans illud sibi deferri in ipsa quidem causæ conclusione, non vero post eam petere possit: cum juramentum, quod litigatores in judicio præstant, sit quædam species probationis, & quasi proprium testimonium, *l. s. s. dato. ff. de iurejurando. l. ult. in verb. eum ipse sibi iudex & testis inveniatur. C. de fideicommiss.* Iudex tamen ex officio tam ante quam post causæ conclusionem juramentum hoc necessarium parti deferre potest, ex *Gail. d. Obs. 108. num. 5. Fachin. lib. 1. cap. 3. Setzer. lib. 4. cap. 15. num. 8. & seqq. probat Brunne- man. proc. civ. cap. 23. num. 30. item. cap. 26. num. 9.* Satis enim est, partem ab initio & in processu implorasse officium iudicis pro administratione justitiæ, inserta libello clausula illa, peto mihi jus & justitiam administrari: adeoque poterit iudex supplere & impertiri officium suum, etsi aliter ab eo non petatur. *Gilhaus. Arb. Iudic. cap. 4. Ram. 6. num. 4. 5. 6.*

§. XIX.

Juris dispositione conclusionis effectus impeditur <sup>Juris dis-
positione,</sup>
(1) in causis criminalibus; utpote in quibus favore defensionis quoad reum nunquam concluditur; sed iste suas defensiones semper proponere potest. *arg. l. unicus. 18. §. cogniturum. 9. ff. de question. Clarus. in §. fin. qu. 61. n. 2. & ult. Gail. d. l. 1. Obs. 107. num. 11. Menoch. d. l. num. 12. Harprecht. de process. Dec. 15. Concl. 10. num. 6. Brunnem. ad d. Authent. Iubemus. C. de Iudiciis:* (2) Spiritualibus: *Brunnem. d. l.* (3) adeoque ubi subest periculum animæ.

725

30

Farinac. lib. 3. q. 75. num. 274. (4) Matrimonialibus. Gil-
hauf. Arb. Iud. cap. 4. Ram. 6. num. 2. Gail. d. l. num. 12. Har-
precht. Brunnemann. dd. ll. utpote quæ arduæ sunt, & cri-
minalibus comparantur, atque probationes requirunt
liquidissimas. Gail. d. l. Gilhauff. d. l. num. 2. modo in his
casibus pars producens iudicem non supplantet, vel litem
differat. Harprecht. d. l. Bocer. Disp. 22. th. 10. nec non (5)
in causis pupillorum. Umm. Disp. 19. num. 13. (6) ubi te-
stes antea sine juramento aut interrogatoriis examinati,
& novum examen post conclusionem petatur. Brunne-
man. proc. civil. cap. 26. num. 9. (7) idem de recognitione
literarum & sigillorum. Gail. d. l. num. 14. (8) & proba-
tionibus privilegiatis sentiendū. sc: de Oculari inspectio-
ne: Brunne-
man. d. l. num. 9. & cap. 22. num. 2. item ad Au-
thentic. C. de iudic. Menoch. de arb. jud. lib. 2. cent. 6. cas.
526. n. 5. 6. 7. 8. 9. unde hanc formulam sententiæ conci-
pit Dn. Richter. ad Authent. At qui semel. C. de probat. wie
die probatio per ocularem inspectionē dermassen in Rechts-
sen privilegiret/ daß Sie auch nachdem in der Sachen ges-
chlossen/begehret werden kan/ So ist Beklagter/seines Eins-
wendens obnerachtet / sich zu stellen schuldig. (9) Confes-
sione Adversarii, quæ post conclusionem etiam admittitur:
Marant. specul. part. 6. tit. de Confessis. n. 23. Brunnem. d. l.
Proc. n. 9. item ad d. Authent. C. de Iud. (10) Denique omnes
Exceptiones quæ post sententiā opponi possunt: e. c. Com-
petentiæ, S. C. ti Macedoniani, S. C. Vellejani, Divisionis,
Compensationis, &c. &c. vid. D. Struv. Syntagm. jur. civil.
Exerc. XLVI. th. 9. it: D. Strauch. Dissert. Justin. XXIII. th. 15.
Meieri Colleg. Argentorat. th. 88. de re judicat. Et quæ ju-
diciū retro reddunt nullum; ut est legitimationis per-
sonæ, D. Strauch. d. l. Gilhaul. arb. judic. cap. 5. Ram. 10.

num:

Sam. H. Borell. Tom.
II. Sym. Decis. tit.
26. n. 21.

num. 27, 28, 29, 30. &c. habent etiam locum post conclusionem. Brunneinan. *ad d. Authent. Iubemus. C. de Iudiciis*. Cæterum procuratores, quando post factam conclusionem aliquid proferre necesse habuerint, conclusionem antea factam indicare, nec dissimulare debent. Ord. Cam. *part. 3. tit. 23. §. Unde so die Procuratores &c.*

§. XX.

Inter affinia referri potest Inrotulatio actorum: cui *Affinias* partes interesse & assistere debent, ne pars altera vel Advocatus, qui solus cum iudice est, illi aliquid suggerat, vel actis aliquam scripturam supponat, quæ hæctenus in iudicio non fuit exhibita. Carpzov. *Proc. jur. tit. 16. art. 1. §. 3. not. 2. Speculat. lib. 1. part. 4. tit. de Advocat. §. 6. num. 5. & lib. 2. part. 2. tit. de Disput. & Allegat. ad vocat. §. 5. num. 2.* atque si ipsum Iudicem suspectum habent litigantes, recte petunt ab eo transmissuro acta, ut edat exemplum s. copiam literarum, quas dare vult ad Facultatem pro petenda sententia: ut si forte in iis quid præter vel contra acta relatum sit, iis ante transmissionem contradicatur, vel literæ nude tantum concipiantur pro petenda sententia. Hahn. *Observ. ad Vvesenb. n. XII. de appellat. & relat.* Hæc jam sufficient: DEO vero Optimo, Maximo, pro concessa gratia & benedictione studiorum meorum nullus unquam sit honoris, laudis & gloriæ

FINIS.

COROLLARIA.

- I. **U**scapio legitimus est dominium acquirendi modus, & neque Divino, neq. Naturali, Gentium, Civili aut Canonico jure contrariatur.
- II. **D**ona nuptialia die **B**uttassel. Gelderi inter utrumque conjugem sunt dividenda. Hahn. n. XI. d. jur. dot.

III. *Ma-*

- III. *Matris substitutio pupillaris habens clausulam Codicillarem in vim fideicommissi subsistit.* Richt. p. 1. D. 44. Carpz. 3. 8. 17.
- IV. *Juramentum perhorrescentia datur ob probabiles suspicionis causas illi qui agere vult, non vero reo, nec ubi lis jam tunc coepta est.*
- V. *Camera Imperialis sine Caesaris & Imperii Ordinum consensu ab urbe Spira non transferenda.* Ord. Cam. p. 2. t. 34.
- VI. *Auream Bullam solus Imperator abrogare non potest.*
- VII. *Dominus feudo oppignorato ipsi aperto: vel agnati succedentes recte utuntur beneficio excussionis bonorum Allodialium.*
- VIII. *Plebeus & Rusticus rem suam alteri in feudum recte dat, & consequitur inde, tanquam dominus feudi, juris dictionem feudalem.*

Qui bene cepisti, vigiles nunc rite labores
Claudis, & ex voto munera grata capis.

Ita Clarissimo Domino Candidato applaudit
NICOLAUS THILEN, Jur. Prof. & h. t. A. Rector.

Continuos studii postquam tractasse labores,
Et placuit doctis invigilasse libris:
Nunc bene concludis: concludunt vota SENATUS:


Hunc novus ex merito rite sequatur Honor.

Nobiliss. DN. CANDIDATO, de vita Academicâ bene
transactâ, & supremis in utroque jure Honores capes-
sendi LICENTIA, lubens ita meritoque gratulatur
BERNHARD. LUDOVICUS MOLLENBEC,
J. U. Lic. & P. P.

Armat spina ROSAS; studiis sic junctus amaror,
Sed studii fructus pellit amaritiem.
Tu quoque tentasti *σφίλας* in arte laborem,
Quis non conatus laudet ametque tuos?
Flora ROSAS CARPET, queis mox tua tempora cinget,
Atque THEMIS meritis præmia digna dabit.
Sic benè concludis, spirabit Nomen odores
Qui superent violas, qui superentque Rosas.

SIMON NICOLAUS ORTHIUS,
J. U. D. & Civit. Giffæ Synd.






ULB Halle
005 382 53X

3



1017





B.I.G.

Farbkarte #13

ERTATIO INAUGURALIS
 DE
 NCLUSIONE
 CAUSÆ, 1683, 3
 QUAM
 DUCE ET PRÆSIDE DEO,
 EX
 DECRETO ET AUTORITATE
 ICI, NOBILISSIMI ET EXCELLENTISSIMI
 TORUM ORDINIS
 LUSTRI HAC ACADEMIA
 LUDOVICIANA,
 PRO
 LICENTIA
 IN UTROQUE JURE HONORES, PRIVI-
 LEGIA AC IMMUNITATES
 DOCTORALES
 RITE OBTINENDI,
 AC SOLENNI MAGNIFIC. ET EXCELLEN-
 TISSIMORVM DOMINORVM
 ROFESSORUM
 EXAMINI
 UGUSTO ICTORUM COLLEGIO
 D. OCTOB. ANNO M. DC. LXXXIII.
 SUBJICIT
 TO ROSENBRUCH.
 BRUNSVICENSIS.

GIESSÆ HASSORUM,
 Literis Academicis KARGERIANIS.

740
18

I
E
Æ
RF,

